

que non potest excusari per auctoritatem iudicariam competentem, cum utique nullus sit tytulus dicti domini Vlrici, ex quo non est confirmatus, et dudum tempora transierunt, eciam posito quod esset colorate electus, cuius tamen contrarium constat, ut in apostolicis domini Martini et eciam domini nostri moderni litteris continetur.

205

Nec moveat v. r. p., quod dictus Nicolaus suggesterit, licet falso, de scandalo, quod propter observationem interdicti, quod usque ad novem dies post recessum Treuerensium servari mandatur, quam quandam exorbitanciam nominat et quam exorbitanciam tolli desiderat atque petit etc., cum non sit istud novum, quod talia interdicta ponantur, sed longissimis temporibus a sede apostolica et suis delegatis introductum in odium rebellium et mandata apostolica contempnencium, et propterea non ne- 210 quissum, ut ipse asserit, sed valde equum, nec in Alamania inauditum, ut eciam asserit, sed cottidie usitatum et practicatum. Quod eciam exorbitare videretur, pro nunc tamen attenta notoria rebellione dictorum adversantium nichil circa hoc videtur aut convenit specialiter innovandum, etsi scanda ex premissis, quod absit, orirentur, quia tamen secundum sanctorum patrum tradiciones obedientia melior est quam victima et quia non obediens mandatis apostolicis inducit mortale peccatum et con- 215 temptum, ut videtur pocius tale scandalum esset permittendum quam peccatum inobedientie sive mortale committendum. Imputet autem sibi dictus impetrans et dicto intruso suo et suis complicibus et nulli alteri, si scandala in fide, in cultu divino, in clero vel in populo quomodolibet orientur, quoniam ipsi soli sunt in causa.

Quare... pocius videtur, contra dictos... per hoc sacrum concilium cooperando in hac parte dis- 220 positioni, ordinacioni et provisioni sedis apostolice tam sollempniter, mature et ex certa sciencia cum concilio dominorum cardinalium facte, quod plena assistencia... Rabano in iure suo clarissimo adhibetur et pene contra dictam partem adversam aggraventur et contra eandem tamquam contra... suspectos de heresi procedatur..., auf daß Kleriker und Laien, prelati, principes et alii per totam Alamaniam huius sacri concilii in hac controversia iustum et sanctam intencionem, determinacionem 225 sive ordinacionem ac debitum finem expectantes hoc sacrum consilium magnificent et extollant ac deum altissimum glorificant, qui est in secula benedictus.

217 Imputet: Imputat.

1432 Oktober 13, Basel.

Nr. 142

Konzilsprotokoll. NvK als Prokurator des Trierer Klerus.

Kop.: PARIS, Bibl. Nat., lat. 15623 (s.o. zu Nr. 102) f. 80r.

Druck: CB II 244.

Erw.: Vansteenberghe 55; Meuthen, Trierer Schisma 139.

In deputacione pro communibus... dominus decanus Confluencie pro et auctoritate cleri Treuerensis requisivit, quod super supplicatione alias per eum nomine quo supra porrecta vellent deliberare; nam alie deputaciones deliberaverant, quod darentur iudices etc.¹⁾

1) 1432 X 29: ... in deputacione pro communibus... super causa Treuerensi fuit ordinatum, quod partes hincinde per concilium citentur personaliter et fiat iusticia; Pf. 86r; CB II 259.

⟨1432 Oktober 31, Basel.⟩

Nr. 143

Ein Prokurator des Trierer Klerus ⟨NvK⟩. Protestationen gegen die von Rabans Seite gegen die Supplik ⟨Nr. 128⟩ vorgebrachten Argumente.

Kop. (gleichzeitig): ROM, Bibl. Vat., Ottobon. lat. 2745 f. 66r-67v; f. 62r-63r (mit Korrekturen von Job Vener, der rückseits f. 63v schreibt: Detur magistro Hugoni utriusque iuris doctori); f. 68r-70v (Abschriften der erstgenannten Abschrift); f. 64r-65v (Abschrift der zweitgenannten Abschrift).

Druck: Baluze-Mansi III 144f. (nach der ersten Abschrift).

Erw.: Meuthen, Trierer Schisma 21 Nr. 29, 127 und 139f.

Das Datum ergibt sich aus dem Konzilsprotokoll (CB II 259) zum 31. Oktober 1432; s.u. Nr. 144. Daraus ergibt sich auch die Verfasserschaft des NvK. Sie wird zusätzlich abgestützt durch die Nennung in der Fortsetzung der Narratio (s.u. Nr. 168). — Da sich alle anderen Abschriften von der erstgenannten ableiten, ist nur diese für die Textherstellung berücksichtigt. — Wie sich aus Nr. 150 und Nr. 162 ergibt, schickte NvK die durch den Konzilsnotar instrumentierten Protestationen zur Verbreitung in Trier sogleich an Ulrich. Laut Nr. 181 Z. 7 fertigte er zu diesem Zwecke auch eine deutsche Übersetzung an.

Reverendissimi patres et domini metuendissimi!

Quia iam dudum multis crebris reiteratis vicibus magnas instancias p.v.r. audiverunt
hoc in loco pro parte devotissimi huius sancte synodi communis cleri dominii tempo-
ralis ecclesie et dyocesis Treuerensis per me procuratorem eorum humiliter effusas,
5 quatenus p.v. oculo pietatis et paterna compassionem oppressum satis iniuste, imo inno-
centissimum clerum per processus reverendi patris episcopi Herbipolensis pretensi exe-
cutoris apostolici respicere ac misericorditer suadente equitate tantis periculis occur-
tere vellent, satis in longum sepe pericula illa et divini cultus et ministracionis
sacramentorum et prophanacionis et corporum et rerum iactura exposita sunt septem
10 retralapsis mensibus¹⁾, deinde maxima cum instancia, ut certe interposite ac inter-
positarum appellacionum cause a prefato domino executore ad istud sacrosanctum con-
cilium admitterentur et datis iudicibus examinarentur, ut id demum, quod iusticia dic-
tante fieri per clerum cognosceretur, non obmitteretur, cum submissione de parendo
iuri petitum sepissime extitit et tamen aliquorum studio, licet maioris partis assensus
15 ad hoc accesserit, hoc hactenus impetrari non potuit: est denuo supplicatio porrecta
deputacionibus, ut saltem exorbitancie, que in huiusmodi processibus contra omnem
equitatem continentur, ex quibus scandalum et vilipendium censurarum et animarum
pericula oriuntur dietim, ut — sicut nulla sunt — de facto tollerentur et causa
appellacionis et appellacionum iudicibus cum causa nullitatis committeretur²⁾; et
20 licet maior pars iterum ad hoc consentire videretur, tamen adversariis practicantibus
usque modo neque unum neque reliquum potui impetrare. Verum est, quod — consen-
tientibus tribus deputacionibus³⁾, ut iusticia fieret — adversarii, ut eandem, quoad
possent, impedirent, quoddam scriptum in deputacione de communibus plenum iniuriis,
scandalis et erroribus obicierunt⁴⁾, in quo quidem falso, iniurioso scripto ultra ea,
25 que non parum auctoritatem huius sacri concilii ac personarum in hoc loco existencium
videntur inculpare, subsumitur: quia pape quisque resistens offensor divine maiestatis,
hostis rei publice censendus est, non solum domino Vdalrico de Mandelscheit et sibi
adherentibus penitencia est deneganda, ymmo et victus. Dubitando eciam interset, an
alicui conveniat de factis Romani pontificis cognoscere, si in fide devius inventus
30 non fuerit, cum ipse sit, cuius iudex solum deus sit, apud quem sua conscientia eum
aut excusabit aut accusabit; neque in hoc concilium excipitur, ymo, ad concludendum
concilium se non posse intromittere in hac causa, hoc ita assumitur, quantum hec
scribere vergat contra honorem personarum sacri concilii, que non paruerunt disso-

5 innocentissimum: innocentissimo *verb. aus* innocentissime
11 executore: executori 22 ut: et 24 quidem: quidam

6 Herbipolensis: eribipolensis

¹⁾ Die erste Appellation erfolgte 1432 III 8; s.o. Nr. 105f.

²⁾ So die 1432 VII 14 (s. Nr. 130) vorgelegte Supplik Nr. 128.

³⁾ Vgl. Nr. 142.

⁴⁾ Wie sich aus dem Folgenden ergibt, sind damit die 1432 X 6 in der deputatio pro communibus vorgelegten Scripta Nr. 141 gemeint.

lucioni pape⁵), ac eciam contra auctoritatem sacrorum conciliorum, que, ut vult scriptura, non possent papam nisi in fide <devium> iudicare.

35

Vos, p.r., vellem attente ponderare, ut saltem tales turbatores cum scandalo eicerentur, qui tanta presumpcione se erigunt contra veritatem. Omnes scitis, quod manifestus est error scribere et dicere penitentes non debere admitti aut sacramenta necessaria ad salutem posse cristianis subtrahi. Nonne tamquam confessi et convicti illi censendi sunt, qui talem errorem in scriptis porrexerunt? Scribunt ibidem clerum de 40 heresi suspectum et longo tempore fuisse in sentenciis. Vobis omnibus constat, eciam si processus validus foret, sicut non est, quod tamen pauci sunt menses, quod omnes fuerunt vere absoluti.⁶) Scribunt maximas iniurias contra me et me esse excommunicatum, licet sciant et audiverint sepe a me, quod ante omnem citacionem⁷) fuerim incorporatus huic sacro concilio; et ante illam citacionem, virtute cuius quedam pre- 45 tensa declaratoria me dicit incidisse, fui in hoc loco semper petendo iudices et submittendo me sacro concilio. Quid senciant de decretis huius sacri concilii, vos ipsi, p.r., iudicate!⁸⁾ Et quoniam non stetit per me, quominus causa et cause appellacionum pro parte cleri interpositarum ad hoc sacrum concilium tam ab processibus pretensis domini Herbipolensis quam reintrusione domini Ratisponensis⁹⁾ fuissent iudicibus 50 dudum commisso¹⁰), ymo stetit per partem adversam, que hoc solerti diligencia impeditivit, et quia eciam dietim maiora pericula oriuntur et orirentur maxima, si pretensi nulli processus et nulla reintrusio ea forma, qua sonant, amplius servarentur:

protestor primo coram omnipotenti deo et sancta sua ecclesia hoc in loco congregata, quod clerus Treuerensis dominii ecclesie eiusdem saltem fuit promptissimus et ita hodie 55 est obedire sancte matri ecclesie in omnibus et per omnia;

protestor secundo, quod, licet processus declare<n>t utriusque sexus homines dominii ecclesie Treuerensis excommunicationem incidisse, tamen, quia constat executorem ad hoc nullum habuisse mandatum, ut patet in executoria¹¹), quod timore illius declarationis aut pretense excommunicationis curati non desistent, quin sacramenta 60 ministrent;

protestor tertio, quia constat apertissime de nullitate processuum, quoniam executor neque in principio neque in medio neque in fine formam sibi traditam servavit aliter

35 devium in der zweiten Kopie von Vener am Rand ergänzt 39 subtrahi: subtrahere

⁵⁾ Auflösungsbullen Eugens IV. Quoniam alto 1431 XI 12 (MC II 67–69) und 1431 XII 18 (MC II 72–75, Mansi XXIX 564–67).

⁶⁾ Vgl. dazu Nr. 141 Anm. 8.

⁷⁾ Offensichtlich eine besondere, als solche nicht näher bekannte Zitation des NvK nach Ablauf der ihm im März 1432 gewährten sechsmonatigen Absolution; Meuthen 127.

⁸⁾ Das Basler Konzil hatte in der II. Sessio 1432 II 5 (Mansi XXIX 22B-D; MC II 125) und wiederholt in der V. Sessio 1432 VIII 9 (Mansi XXIX 38B-D; MC II 225) die Zitierung der dem Konzil Inkorporierten nach außerhalb verboten.

⁹⁾ Nämlich automatisch 1432 VII 6 nach Ablauf der ab 1432 V 6 vom Bischof von Regensburg gewährten zweimonatigen Absolution; s. Meuthen 16 Nr. 17.

¹⁰⁾ Vgl. zuletzt das Protokoll zu 1432 X 29 in Anm. 1 zu Nr. 142. Auf das Begehr des Klerus wurde also nicht eingegangen. Vgl. auch die n uerliche Bitte Helwigs unter Wiederholung des Hinweises auf die positive Behandlung in den drei anderen Deputationen in Nr. 160 Anm. 4.

¹¹⁾ Die Exekutorie Martins V. an den Eb. von Mainz und die Bb. von Würzburg und Worms unter dem Datum 1430 VIII 29 in einem späteren Transumpt in KARLSRUHE, Generallandesarchiv 42 Conv. 75 Nr. 810; s. Meuthen 92. Nachträglich fand ich zwei Abschriften derselben Exekutorie unter dem Datum 1430 VIII 27 mit jeweils z.T. recht umfangreichen Korrekturen und Ergänzungen (u.a. von Vener und Dorre) in PARIS, Bibl. Nat., lat. 1515 f. 134r–135v und f. 143r–145r.

monendo, ex alia causa excommunicando et aliter interdicendo et declarando quam sibi
65 commissum fuit, ut patet applicata commissione ad processum, ideo, si contingat non
servari interdictum ita ut in eisdem mandatis, quod hoc non fiet aliquomodo in contemp-
tum censurarum, sed ob nullitatem processum et ne propter sentencias nullas divinus
cultus postergetur;

protestor quarto, quod, si processus domini Herbipolensis non fuissent et essent nulli,
70 quia tantum de absolucione, que facta fuit per dominum Ratisponensem, omnibus con-
stat et de reintrusione non constat aut quod ipse ad reintrudendum habuerit potesta-
tem aut commissarius committendi sibi, ymo pocius creditur et presumitur ex multis
causis contrarium, ideo, quamquam clerus usque modo cessum divinorum satis stricte
in finem, quod partes cicius concordarentur, servaverit, cum nunc experiatur par-
75 tem adversam laborare, ne in iure audiatur, non intendit amplius cessum divinorum
servare, sed deo, prout tenetur, suum famulatum iuxta assumptum officium tribuere
ac sibi et suis periculis necessitatibus, quibus, ut notorium est, multipliciter in
corpo et rebus propter cessum divinorum subest, absque omni contemptu cum omni
reverencia et timore subvenire et ex prefata reintrusionis aut eciam pretensorum
80 processum, ut prefertur, per dominum Herbipolensem fulminatorum causa et causis
amplius non debere cessare, nisi aliter mandaverit sacrum concilium attentis supra-
dictis et maxime sua diligencia de prosequendo interpositas appellaciones, tam diu
quousque per hoc sacrum concilium de hoc cognitum aut aliter declaratum fuerit pa-
riter et mandatum;

85 protestor eciam, quod nullitates processum et reintrusionis, diligencia cleri in
prosequendo appellaciones, impedimenta partis adverse, motiva et raciones, quare
hactenus clerus cessum servavit et amplius non intendat, nisi ut supra scribitur,
ac eciam protestaciones in hoc sacro concilio facte principibus electoribus, vicinis
communitatibus et aliis manifestabuntur in finem et effectum, ut cunctis pateat nihil
90 temere attemptari per clerum prefatum, sed semper hoc egisse et agere velle, quidquid
cognoverit deo gratum, iuri et rationi consentaneum.

74 cicius: scicius 88 facte: factas.

1432 Oktober 31, Basel.

Nr. 144

Konzilsprotokoll. NvK als Prokurator Ulrichs und des Trierer Klerus.

*Kop.: PARIS, Bibl. Nat., lat. 15623 f. 86v; ROM, Bibl. Vat., Regin. 1017 f. 196r (zu den Hss. s.o. zu
Nr. 102).*

Druck: CB II 259.

Erw.: Vansteenberghe 55; Meuthen, Trierer Schisma 139f.

*Generalkongregation. . . Magister Nicolaus de Cusa procurator domini electi Treuerensis et cleri com-
munis Treuerensis post aliqua per eum verbo proposita, concernencia processum agitatum per epis-
copum Herbipolensem iudicem subdelegatum contra huiusmodi clerum, protestatus est, ut in cedula
per eum porrecta continetur¹⁾, de quibus peciit instrumentum. Fuit ordinatum, quod domini duo-
5 decim videant huiusmodi negocium et ponatur in singulis deputacionibus.*

1 Nicolaus: Nycolaus R Cusa: Coßa P cleri: clero P 4 duodecim: XII P 5 negocium:
negocia R ponatur: ponantur R.

1) Nr. 143.